

- 50 Nec obstat secundum, cui pariter responderetur, ut procedat prout ferè omnes Doctores in eo citati loquuntur, scilicet: ut appellatio à reiectione appellationis sit legitima, quoties appellatio reiecta iure non prohibita, sed permissa est, quorum superius mentionem fecimus, & ad idem citauimus: secus autem ubi appellatio à reiectione hoc iusto fundamento caret. Illud autem, quod
- 51 ibi diximus, necesse esse, appellari iterum à reiectione appellationis intelligendum, & declarandum censo, quando iudex parte opponente, & per causæ cognitionem, scilicet ex inspectione actorum, interlocutoriam tulerit; repellendam appellationem, seu non deferendum.
- 52 Pro quo suppono, quòd cognitio, an appellatio sit iusta, & legitima necne, potest fieri duobus modis: vno modo ad sciendum, an sit deferendum necne, appellationi interpositæ. alio modo an appellatio sit legitima, & admittenda necne; Primo casu talis cognitio spectat ad iudicem à quo, an debeat deferre, vel non, appellationi ad effectum exequendi, vel ne, suam sententiam.
- 53 Secundo autem casu spectat cognitio ad iudicem ad què, iudicaturus, an appellatio sit legitima, & prohibita, nunc ad effectum illam admittendi, vel non, l. Chirograph. §. vbi B. in 1. notab. ff. de admini. tuto. c. dilectus filius de rescript. Specula in tit. de appella. §. nunc dicamus num. 2. & 3. & num. 9. Bal. in l. appellatio num. 8. C. de appellatione. & in cap. pastoralis §. preterea num. 5. de offi. deleg. Fran. c. constitutus, num. 19. & in c. de priore num. 1. de appella. & est communis, ut per Iserniam testatur Contar. in l. vni. C. si de mom. poss. fuer. appell. quest. 19. num. 9. & latius quest. à num. 16. cum seqq. vbi multa notabilia ponit in materia; inter quæ, & illud, quòd quando appellatio euidenter
- 54 est calumniosa, tunc sine dubio talis cognitio spectat ad iudicem à quo, non autem ad iudicem ad quem, ut per Ioan. Andr. Butri. & Bella. in locis ab eo citatis num. 19. supradicta sequitur Farinac. in prax. crim. 2. tom. q. 38. num. 29. nec dissentit Lancelo. de attent. 2. p. c. 12. ampliatio: §. num. 2. & de praxi testatur Iul. Clar. quest. 64. vers. sed quid agendum. comprobatur Cyri. in summa crimi. rub. 31. de appella. §. ff. num. 1. fol. 170.
- 55 Tunc igitur si à parte opponatur de impotentia appellandi, vel deferendi iuxta terminos text. in d. c. sua nobis, de appella. quæ ibi Bal. & Ioan. Anton. de Sancto Georgio n. 8. Fran. in colu. 3. vers. sed queritur, & idem in cap. directè concl. 8. eodem tit. debet adhibere causæ cognitionem, scilicet ex inspectione actorum, tenet Philip. Franc. in c. cum speciali §. porro, colu. 4. de appella. Lancelo. de atten-

ta. 2. p. cap. 12. ampli. §. num. 13. vltra quos probat Bar. post glossam in l. 1. in fi. C. quorum appell. non recip. Capic. decisi. 34. sub num. 11. & Bartol. etiam sequitur Bertachi. in reperio. verb. appellatio admittitur. etiam citatio & præsentia partium debet adesse, vt Innocent. in c. pastor. §. preterea, colu. 2. de off. deleg. adductus supra in d. 2. argum. per quem ita eleganter aduertit Capic. vbi proximè num. 8. & supra, vbi optimè discuit. Pro quo etiam facit, quod dicit Bertachi. in reperio. verb. appellatio admittitur, vers. 36. per Cardina. in clem. 2. §. 1. quest. 2. de appella. vt appellationi an deferat iudex, debet appellanti notificari, ac tandem suam interlocutoriam iudex profert. text. in d. c. sua nobis de appellatio. c. cum super Abbat. de off. deleg.

Vnum tamen necessarium est aduertere; quòd hæc interlocutoria iudicis à qua denegat appellationem; nihil rei veritati officit, nec impedit, ac enervat vires appellationis, nec etiam hæc cognitio impedit cognitionem iudicis ad quem, ad cognoscendum, an de iure sit vt legitima admittenda, necne, & poterit eam reuocare, text. est elegans in d. c. super Abbat. Specular. in tit. de appella. §. nunc dicamus, post med. Philip. Franc. in c. vt debitus honor. colu. 19. in princ. de appella. sub vers. in glo. in verb. ex rationabili causa. Capic. vbi proximè d. num. 11. idem Fran. in c. cum appella. de appell. num. 2. idem facit quod Foller. in practi. crim. verbo, & si consistebuntur. in 3. p. 3. p. post nu. 5. Carauit. super ritu magne Curie 259. num. 10. Fari. in practi. crim. 2. tom. quest. 38. num. 8. facit insuper doctrina Pauli Castr. in l. 3. C. de appella. & sequentium supra relat. & optimè text. in l. ei cuius, & l. sciendum ff. de appella. recip. & sic quando parte opponente, & cum causæ cognitione ac interlocutoria appellatio reijcitur, tunc necessaria est dicta appellatio à reiectione, quod declara, vt etiam sufficit, vt appellans insistat in appellatione reiecta, licet iterum à reiectione non appellet, vt dicit Cardin. in d. §. preterea. per quem etiam Capic. supra à num. 12.

Secus autem est dicendum, quando iudex simpliciter & absque oppositione partis, causæ cognitione, & similiter, appellationem reiecit, vt puta quando simpliciter dicit, repellatur appellatio, aut non admittatur, aut non est locus delationi, aut dicat, audiatur, seu adiciatur processui, seu actus, seu intimetur parti, & similiter, nam tunc non est necessaria appellatio alia, sed ius operatur. Quod fallit, quando iudex ita simpliciter, & absque causæ cognitione reiecit appellationem, tanquam friuolam, quia tunc requiritur appellatio alia, cum aliter

videtur

videtur assentire, appellationem esse friuolam, vt ex Zabarel. & Tusc. supra dixi ad finem secundi argumenti contrariæ partis, & idem ego admitterem, quando iudex similem causam in reiectione adiecerit, puta, quia est tertia appellatio, & similiter ex identitate rationis c. vltra hos casus autem appellatio à reiectione necessaria non est. Philip. Franc. in c. constitutus, colu. vlt. de appella. sequitur Capi. d. decisi. 34. num. 12. & est text. in c. super Abbat. de offi. delegati.

## CAPVT XVIII.

A iudice deferente appellationi minime deferendæ, seu etiam ab eo reuocantè delationem, procedentè que ad suæ sententiæ executionem, seu ad vltiora: appellationi interiectæ non deferens, vim an faciat. & quid à declarante appellationem à diffinitiuâ deferam.

## S V M M A R I V M.

Per delationem appellationis iudex abdicat à se omnimodam iurisdictionem, & in superiorem transfert. n. 1.

Sine appellatio sit interposita ab interlocutoria sine à diffinitiuâ. ibid.

Sine delatio fiat in casu appellabilis, sine etiam ubi erat prohibita appellatio, quia iudex non poterat ad executionem vltius procedere impediendæ delatione. n. 2.

Delatio appellationis cum clausula (si & in quantum) pendet à iuris dispositione, quia non intelligitur delatum, ubi ius prohibitionem prohibet. n. 3.

Delatio appellationis & inhibitio pariter procedunt in tollendâ iurisdictione, etiam ijs casibus quibus iudex à quo poterat appellatione non obstante exequi. n. 4.

Inhibitio suspendit iurisdictionem iudicis à quo, etiam ubi aliàs poterat exequi, quia sententia erat privilegiata. num. 5. vt in exemplis. ibid.

Iudex potest pendente appellatione ab interlocutoria merè procedere ante inhibitionem. n. 6.

Iudex appellatione pendente ab interlocutoria habentè damnnum irreparabile, vel preiudicium, causæ principali supercedere tenetur. n. 7.

Inhibitio emanata vigore appellationis à merè interlocutoria intimata iudici à quo, impedit processum ad vltiora, & debet supercedere. num. 8.

Appellationi à delatione appellationis interposita à sententia & iudicio privilegiato, an sis deferendum. n. 9.

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Delationem appellationis non deferendæ iudex an possit reuocare. n. 10.

Iudex non potest semel ad se abdicatam iurisdictionem per delationem reassumere. n. 11.

Iudex non potest semel ad se abdicatam iurisdictionem per delationem reassumere, etiam de consensu partium. n. 12. contrarium n. 57.

Etiam si iudex detulerit sine expresse, sine tacite. n. 13.

Deferre appellationi tacite censetur iudex, quando concedit apostolos reuerentiales, seu remisforiales. num. 14.

Delatio tacita inducitur quando iudex dedit ipsa acta pro apostolis. n. 15.

Delationis vim habet denegatio apostolorum, vel quando iudex requisitus non tradat illos intra tempus. n. 16.

Delatio appellationis an probetur per verba notarij dicentis, quia iudex benigne recepit appellationem. n. 17. remisitue.

Delatio an inducatur ex assignatione termini ad proseguendam appellationem. n. 18.

Iudex à quo etiam post delationem potest praesumere terminum appellantis ad proseguendum sine incontinenti, sine ex intervallo. n. 19.

Deferre appellationi & terminum praesumere ad proseguendum non est idem. n. 20.

Delatione appellationis minime deferendæ procedente, etiam sine reuocatione posse iudicem exequi sententiam privilegiatam, qui teneant. num. 21.

Non quod sit, sed quid fieri debet, est attendendum. n. 22.

Delationem reuocare, & iurisdictionem reassumere, atque vltius procedere potest iudex, si sententia sit privilegiata, seu aliàs inappellabilis, contradicente scilicet, & appellante appellato, in cuius fauorem est denegata appellatio. num. 23.

Rota Romane determinatio in hoc articulo refertur. num. 24.

Causa mercedis non recipit appellationem suspensiuam. n. 25.

Pars cuius interest appellationi non deferenda ne deferatur, si non contradicatur, aut appellet à delatione, ipsam iudex proprio motu non potest reuocare. n. 26.

Non contradicente appellato cui delatio officit appellationis friuolæ, potest iudex à quo super iustitia causæ valide procedere. n. 27.

Delatio appellationis non deferenda operatur suos effectus non contradicente appellato, cui delatio nocet. n. 28.

Probatio qua non debuit admitti, admissa tamen valet. n. 29.

Delationem iniustam potest iudex reuocare, & sententiam privilegiatam exequi, secuta contradictione partis appellata, cui delatio officiebat. n. 30.

v Dela

*Delatio appellationis deferenda nullum causat gravamen. num. 31.*

*A delatione appellationis minimè deferenda appellatio licita est. num. 32.*

*Contradictio nulla maior appellatione, quia actui opponitur. num. 33.*

*In appellatione ab iniusta delatione appellationis debet inferri causa gravaminis, scilicet, appellationem esse illo casu prohibitam. num. 34.*

*Appellationis denegatio in causa est magnum privilegium, utilitas, & favor; & iudicium executionem merens longè uberius est aliis. num. 35.*

*A iudice privante beneficio iuris communis appellatio legitima iudicatur. num. 36.*

*Appellatio eo ipso censetur iustificata, cuius gravamen apparet per solas allegationes iuris, ut à sequestro, quod à iure regulariter est prohibitum. num. 37.*

*A reiectione appellationis à iure prohibita interposita appellatio non admittitur. n. 38.*

*Secus si sit in casu permissio interposita, quia tunc à delatione non admittitur appellatio. ibid.*

*Oppositum in opposito idem operatur, quod propositum in proposito. n. 39.*

*Iudex non potest revocare interlocutoriam qua eius finitur iurisdictione, nec illam ulterius potest reassumere. num. 40.*

*Quod procedit in iudice delegato declarante se iudicem incompetentem. n. 41.*

*Iudex ordinarius potest revocare interlocutoriam, per quam eius finitur iurisdictione, & de ratione. num. 42.*

*Inhibitus iudex potest ea facere, quae tendunt in faciliorem exitum appellationis. n. 43.*

*Delegatus non potest post delationem ulterius in causa se intromittere ante remissionem. num. 44.*

*Executor datus accessorie puta ad gratiam, potest interlocutoriam, qua se non iudicem declaravit, revocare. n. 45.*

*Principalis cum durat gratia, per iudicis accessoria pronuntiationem non tollitur ius partis. num. 46.*

*Matrimonij questio si incidat, & remittat laicus iudici ecclesiastico, poterit hanc remissionem iterum revocare. num. 47.*

*Delegatus non potest revocare interlocutoriam, qua se incompetentem declaravit, quod intellige suo motu proprio. n. 48.*

*Appellatione mediante ab interlocutoria qua iurisdictione est finita, potest illam delegatus revocare, & reassumere. num. 49.*

*Inhibitionem suam si iudex revocat, & à revocatione appellatur, poterit revocationem iterum revocare. n. 50.*

*Per delationem non expirat radicitus delegati iurisdictione, sed eius exercitium tantum retenta potentia & habitu. n. 51.*

*Violentiam adesse decernit Senatus, si iudex non deferat appellationi ab iniusta delatione appellationis prohibita, & minimè deferenda. num. 53.*

*Sed hoc casu potius cadit tertium genus decretorum, scilicet, quae reassumendo la iurisdictionem, & reponiendo lo hecho no haze fuerza, &c.*

*Constante contradictione partis appellata potest iudex delationem revocare, & reassumere. ibidem.*

*Delationem iniustam non potest iudex revocare, non interveniente contradictione aut appellatione partis appellatae, cui nocet delatio, nec tunc potest reassumere iurisdictionem. n. 54. & 56.*

*A revocatione iniuste delationis non procedente contradictione partis appellatae, poterit idem appellans iterum appellare. n. 55.*

*Iudex qui detulit appellationi ab interlocutoria, poterit de consensu partium delationem revocare. n. 57.*

*Et etiam de solo consensu partis appellantis à delatione. n. 58.*

*Bostius, dum dicit, iudicem deferentem appellationi prohibita & non deferenda posse delationem revocare, & exequi sententiam, loquitur contra communem opinionem, si non procedat contradictio delationis. n. 59.*

*Menchius non firmat pedes in sua assertionem contra communem. n. 60.*

*Delationem appellationis factam per vicarium de causa cognoscendam, non potest Episcopus revocare. & de ratione. n. 61.*

*Duos iudices procedentibus alio non deferente, alio deferente, poterit iste, anteaquam ille deferat, iterum suam delationem revocare. num. 62.*

*Vno iudice delegato deferente, altero non, an ille possit pariter. num. 63.*

*Et an vno iudice delegato persistente in sua voluntate delationis, possit non deferens in causa procedere. n. 64. remissive.*

*Et quid quando vnus sine altero iuxta formam rescripti procedere potest. ibid.*

*Delatio non legitime facta non abdicat à deferente iurisdictionem, imò vnus iudex potest pariter ante delationem alterius. n. 65.*

*Iudices ordinarij pares aut dispares vno deferente an alter possit procedere. n. 66.*

*Cognitio an sit appellationi deferendum néne, vel an appellatio sit nulla, vel an sit interposita, intra terminum, vel an sit deserta, ad quem iudicem spectet, remissive. n. 67.*

*A sententia super desertione appellationis interiecta appellationi an sit deferendum. n. 68.*

*Appellans si nunquam iudicem ad quem adiit, iudex à quo potest de desertione cognoscere. num. 69.*

Appel

*Appellatione introducta coram iudice ad quem, de quo per appellatorem decet, non iudex à quo, sed ad quem de desertione pronuntiabit. num. 70.*

*Actorem transportari nisi adversarius intra legitimum tempus citetur, non excusatur à desertione. num. 71.*

*Sufficit tamen ut de tali desertione superior cognoscat. num. 72.*

*Deserta ut declaretur appellatio, debet precedere causa cognitio. num. 73.*

*Sententia per desertionem transit in rem iudicatum. num. 74.*

*Appellans debet citari super articulo desertionis, cum possit de legitimo impedimento docere, atque executioni impediatur. num. 75.*

*Citationem non esse necessariam in declaratione desertionis, qui teneant. num. 76.*

*Sententia executio ob desertionem quomodo sit petenda, & de eius praxi. num. 77.*

*Terminus transactis, appellanti assignatis ad docendum de diligentia circa appellationem factis (& quae sint remissive) expediuntur executoriales. num. 78.*

*Executoriales expediuntur etiam non facta declaratione expressa super desertione. num. 79.*

*Desertio causata ex non interposita appellatione, non eget declaratione expressa. num. 80.*

*Iudex delegatus tenetur expresse declarare super desertione ante executionem. num. 81.*

*Iudex potest causatim declarare super desertione, cum declarat expediendo executoriales. num. 82.*

*Aloysius Riccius reprobat, qui declarationem super desertione esse necessariam affirmat. num. 83.*

*Pronuntiationem suae tacitam, suae expressam, super desertione procedit citatio partis, & eius exceptionum examinatio. num. 84.*

*Appellationi à desertionis sententia deferendum esse, qui teneant. num. 85.*

*A desertionis sententia appellationi non esse deferendum, qui teneant. num. 86.*

*l. quoniam nonnulli. C. de appella. ponderatur & interpretatur. num. 87.*

*Diectio (mox, illico, statim) & similes excludit appellationem, quia requirit celeritatem. num. 88.*

*l. si contra. C. de appella. & l. ff. §. illud. C. de tempor. appella. interpretantur. num. 89.*

*Per verba haec (sententia firma remaneat, & executioni mittatur) sublata appellationem suspensionem intelligi. num. 90.*

*Verba haec (sententia fortisur effectum suum) tollunt appellationem suspensionem. num. 91.*

*Sententia per desertionem transit in rem iudicatum, quae executionem desiderat. num. 92.*

*A re iudicata non appellari iura clamant. num. 93.*

*Salgado de protect. Reg. Tom. II.*

*Sententia quando per desertionem transit in rem iudicatum, fingit lex ab initio non fuisse appellatum. num. 94.*

*Contradictio, si per dispositionem remouetur, intelligitur etiam appellatio remota. num. 95.*

*Desertor appellationis non auditur amplius appellans. num. 96.*

*Terminus alicui prefixum ad aliquid faciendum labi permittens, illi censetur renuntiare. num. 97.*

*Audientia ubi alicui denegatur, censetur etiam denegata appellatio. num. 98.*

*Amador Rodrig. fundamentum subvertitur. num. 99.*

*Tridenti. permittit appellationem ab interlocutoria habente vim diffinitivae. n. 100.*

*Sententia super desertione habet vim diffinitivae. num. 101.*

*Sententia super desertione continet damnum irreparabile. num. 102.*

*De pluribus difficultatibus materiam desertionis concernentibus, vide num. 103. ubi remissive.*

*Iudici à quo, an iudici ad quem pertineat rem iudicatum exequi, & executoriales expedire. n. 104. remissive.*

*ORTIS est ut mors delatio, cuius*

*liquidem potentia illius est efficacissimi effectus, ut si appellationi per aliquem interiecta à sententia, siue interlocutoria siue diffinitiva detulerit iudex, abdicat à se omnimodam iurisdictionem in illa causa, eamque statim in superiorem de*

*appellatione cogniturum transfundit, non solum in iis causis, articulis, & negotiis, in quibus à iure appellatio admittitur, deferreturque iubetur, verum generaliter in cunctis aliis omnibus iudiciis privilegiatis, in quibus appellatio vel prohibita est, vel aliis non admittitur quoad suspensionem, quorumque appellations nec ius deferret, nec sit à iudice deferendum (quae nos à principio huius tractatus usque in fine tractauimus) quoniam et si iudex de iure deferret, non teneatur; tamen de facto, si voluerit, deferret appellationi siue iuris ignorantia, siue voluntate propria, absque iurisdictione penitus remanet, eaque caret omnino, cum ad superiorem deuoluitur, suntque ei ligatae manus in tantum, ut amplius sententiam suam exequi nequit, 2*

*quantumvis eadem appellatione non obstante prius executioni mandare poterat, est text. elegans & expressus in c. cum appellationibus frivolis, de appellatio. lib. 6. ubi hanc conclusionem ita notant, & commendant Ioan. Andr. Domi. & Ancara. & per illum text. ita eum tenent Bar. in l. constitutiones. num. 3. in fin. versic. quero quod si iis, ff. de*

*v 2 appella*

appellatio. & ibi etiam Angel. n. 3. Immol. n. 1. vers. & adde secundum Ang. Immol. colu. si in fi. vers. & ideo iudex. Salicet. in l. additos n. 4. in fi. C. de appellatio. Philip. Franc. in c. Roma. §. si autem num. 5. vers. quando tamen iudex à quo, de appella. in 6. Roman. in l. Pantoninus §. rei perditionis n. 1. in fi. ff. de acquir. heredit. vers. & posito pro constanti. Auguit. ad Angel. de malefic. in verbo, presente dicto Caio, & c. post num. 2. 1. ad medium vers. & de materia. vbi dicit hoc dictum fuisse originale Bald. in l. 1. C. de confess. Carret. in practi. crimi. in prin. tract. de appella. §. vltimus est num. 2. Foller. in practi. crimi. 1. p. 2. p. verbo, & si confitebuntur num. 66. vers. item procedunt el. 2. Lancelo. Robert. de atten. 2. p. cap. 12. limi. 1. num. 66. & num. 80. Aufter. in additio. ad Capell. Tholof. decis. 176. ad medium vers. & de materia. Roland. à Valle conf. 77. viso à num. 1. cum seqq. lib. 2. Anto. Gom. variar. resolu. lib. 3. cap. 13. num. 32. Ozasc. Pedemo. decis. 131. num. 10. Parisius conf. 106. incipit Bonifac. à num. 5. & à num. 2. 4. lib. 4. Prosper Farin. in practi. crimi. q. 101. num. 106. tom. 3. Sigismund. Efcac. de iudic. caus. civil. & crimi. & c. lib. 1. c. 97. n. 12. 4. & loquendo in delatione appellationis interposita à sententia lata super possessorio adipiscen. ex l. fi. C. de edicto diui Adri. & in remedio recuperandæ idem affirmat Bal. in l. post sententiam num. 4. vers. pone ergo, C. de sent. & interloquutio. omni iudi. quem sequuntur Alexan. num. 2. in fi. lib. 3. lll. in l. 3. colu. 2. C. de bonorum poss. secundum tabul. & idem lll. in conf. 187. colu. 2. vers. quinto facit. & colu. antepenul. vers. sexto fallit, lib. 2. Socin. iun. conf. 18. num. 8. lib. 1. Natr. conf. 566. num. 5. lib. 3. Menoch. de adipiscen. possrem. 4. n. 868. & idem de recuper. poss. rem. 9. à num. 3. 1. Roland. à Valle d. conf. 77. num. 1. lib. 2. Anto. Gom. in l. 45. Tauri num. fi. in limitatione 5.

3 Hæc tamen notabilis conclusio procedit, quando iudex simpliciter appellationi detulit, secus autem quando cum clausula (si, & in quantum de iure admitti potest) qua quidem clausula frequenter vti iudices assolent, quæ operatur, vt si de iure admittenda sit, & deferendum, delarum censetur, secus autem si deserti de iure non debeat, quia non intelligitur ei delarum, sed omnino à iure delatio pendet. Bar. in l. edicta colu. 17. C. de edendo. Angel. conf. 207. colu. 3. vers. non obstat. Roma. conf. 501. colu. 2. Peruf. in c. sepe colu. 2. de appellatio. Feli. in c. cum contingat colu. 3. de off. deleg. Soci. conf. 18. colu. penult. lib. 1. Alciat. conf. 409. num. 3. Moder. in adnotatio. ad Aeguid num. 168. Alciat. conf. 48. in hac attentatorum causa num. 4. lib. 6. Plot. in l. si quando num. 159. C. vnde vi. Socin. conf. 47. num. 6. lib. 4. Lancelot. de attent. 2.

p. cap. 12. limi. 1. num. 83. Rui. conf. 61. in lite num. 27. lib. 5. Marant. in Specul. in q. 2. 3. p. 6. par. prin. num. 200. Roland. à Valle vbi proximè num. 18. Meno. vbi supra de adipisc. poss. rem. 4. num. 868. & de recuper. d. rem. 9. n. 33. 1. Natr. conf. 566. num. 5. lib. 3. Octau. de off. Pedemo. 5. num. 9. vers. nec obstat clausula. Grat. conf. 26. num. 2. 11. Pet. Galephati. inter consilia matrimon. lib. 1. conf. 76. in causa num. 17. Lancelot. Conrad. de pratore §. 2. de offic. prato. in caus. ciui. in causa de appella. n. 10.

In delatione autem simpliciter facta, cum iudex iurisdictione careat, nimirum, vt nequeat sententiam à se latam, aliàs priuilegiatam; seu inappellabilem, executioni de mandare, quemadmodum accidit inhibitione emanata vigore appellationum ab iis casibus emissarum, nam quoad effectum suspendendi iurisdictionem iudicis æquiparari videtur, appellationis delatio, & inhibitio, vt post Bart. in l. eius qui num. 5. de appella. recip. tradit Petr. Anto. August. in conf. 47. gerens sub num. 2. lib. 3. Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 1. num. 78. quia delatio absque inhibitione aliqua sibi manus dicitur ligasse iudicem, Roland. à Vall. d. conf. 77. sub num. 2. quoad huiusmodi siquidem suspensionis effectum idem operatur delatio, quod inhibitio, & econtrà. nam quemadmodum per delationem iudex non potest exequi sententiam, etiam in causis priuilegiatis, ita pariter licet iudex minimè detulerit appellationi à iure prohibita minùs legitima, aut friuolæ, & similibus, & licet possit iis casibus ad vltiora procedere, & sententiam exequi absque attentatorum periculo, ex his quæ nos supra hac 3. p. cap. 13. ante fi. tamen si huiusmodi appellationis virtute superior expedit inhibitionem in iudicem à quo, non poterit vltioris in causa procedere, nec exequi, quia caret iurisdictione, facit text. in c. Romana. §. si autem de appella. lib. 6. notatur in c. non solum eodem tit. Innocent. Immol. & Franc. in c. pastoralis §. preterea num. 5. de appellat. vers. quarto operatur. & vers. 5. operatur. Lanfr. in c. quoniam contra. vers. interloquutoria fol. 31. Minfing. cent. 1. decis. 3. incipit quando commissa. Cardi. in clem. 1. de iur. patro. q. 16. ad med. sequutus Laurent. ibi, Philip. Franc. in c. vt debitus honor num. 47. vers. quid autem de appella. Stephani. Aufr. in additio. ad Capell. Tholof. decis. 50. ad med. Guid. Papæ conf. 69. in prin. num. 12. quem sequitur Additio. ad eum in decis. 113. verb. dic. quod non. Acorambo. decis. 53. incipit Rota. Franc. in c. bone num. 40. vers. septima conclu. de appellat. qui omnes loquuntur vel de appellatione friuola, aut à possessorio, aut in notoriis, aut vbi est

est onerata conscientia, aut in actibus extra iudicialibus, & aliis iudiciis priuilegiatis, in quibus executionem impedit inhibitio, causæ tamen cognitione præcedente expedita, vt probant infiniti à nobis supra citati hac 3. p. c. 14. ad finem à num. 68. & alibi passim.

6 Et facit insuper, quia licet aliàs per appellationem à simplici, & non qualificata interloquutoria non sint ligatæ manus iudicis, quin possit ante inhibitionem suam exequi sententiam, & in causa procedere, c. non solum, de appella. in 6. Guido Papæ decis. 436. num. 9. vers. secundo quæro. Philip. Franc. post alios in c. super eo num. 6. & seqq. de appella. Neuzan. conf. 6. num. 15. Berquius conf. 106. num. 8. & seqq. lib. 3. Conrad. in pract. de offic. pres. in caus. ciui. in c. de appella. num. 21. vers. 20. Lancelo. de atten. 2. p. c. 12. limi. n. 1. & seqq. Farina. in practi. crimi. tom. 2. q. 38. n. 1. nisi sit in interloquutoria habente vim diffinitiuæ, vel damnum irreparabile, in grauiamine aliàs qualificata, quia appellatio tanquam legitima suspendit iurisdictionem, vt nullo modo procedatur, & iudex teneatur statim in causa superedere ex iis, quæ nos exactè supra 2. p. c. 1. à prin. tamen inhibitione emanata presentata, & intimata iudici à quo, etiam in merè interloquutoria procedere non potest, sed in causa teneatur superedere, notat post Franc. Lancelo. d. limi. 1. num. 104. & n. 60. Baiar. in additio. ad Clarum in pract. cri. §. si. q. 64. num. 85. Bal. in rubr. commi. vel epist. & in l. generaliter §. sed iuramento colu. 2. vers. sed quid si est talis, C. de rebus credi. Angel. de malef. in verb. quod fama publica. num. 100. vers. aduertis tamen. lll. in l. 1. num. 73. ff. de offic. ciui. Carret. in pract. crimi. 2. tract. de indic. & tortu. §. circa quintum num. 21. Brun. de indic. & tortu. 2. p. q. 5. n. 14. Carelianus Corta in suis memorialibus, super verb. appellatione interposita, nihil sit nouandum. Guid. Papæ decis. 74. latè profequitur Farina. vbi proximè num. 12.

7 Quibus præmissis facilius patebit resolutio nostra ad illam celebrem, & difficilem (licet frequentem) quæstionem: an appellationi per appellatum interposita à iudice deferente appellationi per aduersariū emissa in casu, seu iudicio priuilegiato, puta super alimentis, possessorio, congrua, vel aliàs inappellabili, non deferens vim faciat, & an possit reassumptione iurisdictionem, ad sententia exequutionem deuenire. In quo articulo quod non possit appellari, nec iudex exequi, facit proximè relata doctrina, quod per delationem iudex aded omnem iurisdictionem à se abdicat, vt teneatur supersedere in causa, & exequutione suæ sententiæ, Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

cui aliàs non deferens, possit exequi licet ex autoritatibus tot dictis.

10 Quod quidem adhuc, & maximè procedit, etiam si iudex delationem appellationis reuocauerit, quoniam illam nullo modo reuocare poterit, postquam semel detulerit, vt post Geminianum in c. cum appellationibus friuolis, §. si verò iudex colu. 1. de appella. in 6. tradit Petr. Anton. Auguf. in conf. 47. num. 3. lib. 3. Lancelo. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limi. 1. num. 80. in fi. vbi dicunt, quod si iudex appellationi etiam friuolæ detulerit, non poterit delationem reuocare, teneat etiam Ioan. Andr. in d. c. cum appella. & idem Ioan. Andr. in c. constitutus 2. in verbo confirmat, de appella. Immol. in c. cum cessante colu. 4. in fi. Philip. Franc. vbi colu. 3. in fi. vers. quinto limita. de appellat.

11 Nec huiusmodi iurisdictionem abdicatam à se, potest iudex iterum reassumere, cum sit in superiorem translata. Archidia. & Ioan. Andr. in c. 1. colu. 4. de appell. lib. 6. Ioan. Faber, & alij in l. 1. C. sententiam rescindi non posse. Henric. Bohic in c. in literis colu. 1. de offic. delegati. & c. ex literis, de matrimo. contra. inter ecclæs. Henric. Bouer. in singulari incipiente sententia q. 17. Roma. conf. 501. vt de clarationem in fi. primi dubij, Syluester in summa, in verbo sententia q. 3. Rebuf. in l. quod iussit, num. 81. de re iudi. nec etiam eam potest reassumere etiam de consensu partium, nisi causa sibi per iudicem superiorem iterum remissa sit. Rot. decis. 70. aliàs 8. quæ incipit, item si iudex de appella. in nouis. & facit c. significandibus de offic. delegati, & decis. 49. aliàs 363. ex hoc, de appella. in nouis. vide infra num. 57. quod etiam procedit, quando iudex detulerit siue expressè, siue tacitè. Bal. & Decius in d. c. cum cessante, & alij citandi.

14 Et tunc iudex censetur, tacitè appellationi detulisse, quando dedisset apostolos reuerentiales, siue dimissoriales, secundum Archidiaconum in conf. 1. §. in quibus, de appella. lib. 6. Domi. in c. vt super. illo tit. Cardi. in clem. 1. §. verum q. 4. de appella. Bohic in d. c. in literis, colu. 1. Rebuf. in l. quod iussit n. 82. ante fi. de re iudi. item etiam quando iudex ipsa acta processus dederit pro Apostolis. Rot. d. decis. 8. aliàs 70. de appell. in nouis. Lancelo. de atten. 2. p. c. 12. limi. 1. num. 76. vbi num. 77. dicit idem esse nihil respondendo de apostolis, vt in casu quem vocat pulchrum, traditum à Lapo allegatio. 124. factum, vers. sed contrarium. item denegatio apostolorum, vel quando iudex requisitus non tradiderit intra tempus, habet vim delationis appellationis, text. est in cap. vt super, & cap. ab eo. de appellationibus, lib. 6.

tenet Ioan. Andr. latè in c. cum cessante, de appella. idem ipse & Petr. de Ancara. & Domini. in d. e. ut super. quos ibi refert Philip. Fran. num. 5. & idem in c. cum appellati. §. si verò sub num. 5. de appella. lib. 6. item quando quis à iudice vel ab aliquo appellare fuit prohibitus substitit, per eum habetur appellatio per admiffa, Petr. de Sur. in l. 1. C. de relatio. & per eum Bertachi. in reperto. verbo appellatio admittitur, in prin. vers. 7. & an delatio probetur per verba notarij dicentis, quia iudex benignè recepit appellationem, &c. vide eundem ibi in fi. vers. penult. Specul. in tit. de appella. friuol. §. si verò n. 10. & supra de appella.

18. Nec per assignationem termini appellanti ad prosequendum appellationem, videtur iudex deferre appellati, quia sunt diuersa, siquidem iudex etiam post delationem appellationis, licet non possit ad vteriores 19 actus procedere, potest tamen tunc terminum præfigere, siue incontinenti, siue ex interuallo. Rota decis. 50. aliàs 356. si appell. de appella. in nouis. Mill. in reperto. verb. iudex qui detulit. fol. 175. Lancelo. vbi proximè n. 86. & seq. & dicit Cardi. in clem. 1. quest. 2. de dol. & contuma. Bertachi. in reperto. verbo, appellatio admittitur. vers. 19. absque additioni. vbi dicunt, quòd appellati deferre, & assignare terminum ad prosequendam appellationem non sunt idem. facit etiam Franc. in c. cum appellatio. §. si verò. num. 8. de appella. in 6. vbi respondetur ad illam difficultatem, 20 quòd cum iudex deferat appellati, caret iurisdictione ad præfigendum terminum. Ex quibus igitur probatur, quòd iudex postquam detulit, non poterit reuocare delationem, nec ad executionem procedere, nec iurisdictionem reassumere. ergo frustra appellari poterit.

Pro contrario autem, saltim quando iudex appellati non deferenda, & à iure prohibita detulit, quòd poterit etiam alia non precedente reuocatione delationis procedere ad vteriora in causa, & exequi sententiam, alias priuilegiatam, & appellationem non permitentem, tenet Ægid. Boss. in practi. cri. tit. de appella. num. 26. loquens in criminalibus, in quibus iure prohibita reperitur appellatio, nam si ei detulerit iudex, poterit nihilominus executionem sententiæ facere, cum delatio non possit contra ius operari. idem opinatur Meno. de adipis. poss. rem. 4. num. 808. in fi. loquendo in possessorio, ex l. si. C. de adicto divi. Adv. quod si iudex detulerit appellati, debet hæc delatio ad ius referri, vt intelligatur quoad deuolutionem, non quoad suspensionem, & sic poterit sententiam exequi. quia vt ipse dicit, si expressim iudex (qui legis est minister) non

potest expressè hanc executionem impedire, minùs potest eam impedire tacitè, deferendo appellati. Facit insuper Rota decisio 58. aliàs 412. incipit si appelletur num. 3. de appella. in nouis. dum dicit, quòd si appellatio friuola per iudicem fuerit de facto admiffa, illud non sit curandum, quia non quid sit, sed quid fieri debet; est attendendum. cuius decisionis verba refert Vital. in tract. de clausul. in clausul. nihil nouari appell. penden. num. 25.

Quid autem in tanto consensu sit dicendum, adnectam libenter, mediam viam eligens, vt scilicet tunc poterit iudex, qui appellati à iure prohibita, & non deferenda detulit, delationem reuocare, reassumere iurisdictionem, ad vteriora procedere, & sententiam à se latam exequi; quando pars appellata (illa scilicet quæ ex prohibitione appellationis interesse habet) conuestus contradixerit, & delationem impugnauerit, appellando ab ea; aut aliàs, ista est elegans doctrina Afflicti. super constitutionibus Regni tit. de defensis impostis. n. 8. fol. 63. & in visibus feudorū tit. que sint regalia. in verb. & bona committentiam crimè. n. 12. §. fol. 125. & optimè prosequitur Casar. Contar. in repeti. l. vni. C. si de momen. poss. fuer. appell. limi. 13. num. 4. idem asserunt Hiero. Gabr. conf. 35. volu. 1. Barti. decis. 41. n. 12. Hondedeus conf. 22. num. 48. lib. 2. & per Afflicti. & Casar. Contar. vbi proximè, ita eleganter decidit, còsque sequuta est Rota in vna Marceratenf. mercedis Lunæ 6. Februarij 1584. quæ est decisio 774. p. 1. diuersi. in seqq. verbis: Domini stante resolutione in hac causa facta, quòd causa mercedis, de qua agitur, non sit appellabilis; tenuerunt, appellationem ex eo, quòd iudex à quo illam admiffit, & Apostolos reuerentiales dedit; non fuisse validam. concluserunt etiam, decretū relaxationis mandati non fuisse nullum eo eo, quòd idem iudex deferendo appellati, & dando reuerentiales, abdicauit à se omnem iurisdictionem, eamque transfudit in iudicem ad quem, quia huiusmodi admiffio, delatio, & datio reuerentialium non possunt operari validitatem appellationis, & nullitatem decreti relaxationis mandati, stante oppositione partis, resultante ex memoriali pòrrecto Sanctissimo D. N. vbi supplicat, ordinari iudici à quo, vt faciat, sibi solui mercedem, & expensas. Tunc enim appellatio admiffa per iudicem à quo, est valida, & tunc eius delatio appellationis operatur abdicatorem iurisdictionis; quando pars non opponit, & secus ea opponente, vt per Afflicti. &c. quæ decisio elegantissima est, casu per illum supposito, scilicet quòd fuit delatum appellati.

appellati. quam non admittit causa de qua ibi, quoniam causam mercedis appellationem non recipere quoad suspensionem, diximus latè supra hac 3. p. c. 2. ad fi. vbi ad idè addimus Rotà decis. 764. eadem p. 1. diuersi.

26. Ex quibus quidem sequitur, quòd ad hoc vt iudex possit iurisdictionem reassumere, queat, & executionem suæ sententiæ facere, pendente appellatione à iure prohibita, cui detulerat; necessariò requiritur partis appellatæ appellatio, seu alia quæuis contradictio, resistentia, & repugnatio, secus si non contradicat appellans, nec repugnet, quia tunc iudex ex proprio motu assumere, non queit iurisdictionem, quam à se per delationem etiam iniustam abdicauit ex supradictis, pro quibus & pro decisione Rotæ facit, quòd si appellatio, quæ de iure tanquam friuola non fuisse admittenda, fuisse de facto admiffa, non contradicente tamen appellato, cui admiffio officit. nam si fuisset coram iudice ad quem in causa processum per partes, poterit iudex cognoscere, & pronuntiare super iniustitia, vel iniustitia sententiæ vigore appellationis, tradit Innocent. in c. cum dilecta de rescriptis. & in c. cum Bertol. de re iudi. quem sequuntur Immol. & Butriga. in d. cum dilecta. & post Bal. Roman. Feli. & alios, de quibus per eum tradit eleganter Lanfran. decis. 244. incipit, & si appellatio admitti non debuit, Lancelo. Robert. de absentia. 2. p. c. 12. limi. 6. à num. 27. qui mirabiliter ad propositum in num. 36. dicit, quòd postquam appellatus ille comparuit coram iudice ad quem, & absq; reclamazione ipsius fuit in causa processum, illa appellatio, quæ de iure non subsistebat, videtur per eum approbata, & ob eius approbationem videtur, quòd debeat producere suos effectus, sicut alie appellationes, & consequenter in validitatem eorum, quæ ea pendente fuerint facta. Pro quo etiam est decisio Bisig. 71. aliàs 30. an sub exequutore, de appellatio. n. 5. ibi, præfertim propter consensum partis appellatæ. vbi loquitur in appellatione friuola admiffa non resistente parte appellata. faciunt quæ Innocent. & Philip. Fran. in c. sepe per illum tex. in 2. nota. n. 3. de appella. & Lanfr. vbi proximè d. decis. 244. adducit illud simile probationis, quæ licet non debuit admitti, admiffa tamen valet, post Bal. Alexan. & alios ab eo citatos, ex quibus quidem non parum fulcitur, comprobaturque decisionis Rotæ, Afflicti & sequacium doctrina, vt data partis contradictione, aut appellatione à delatione appellationis iure reprobata, possit idem iudex reuocando delationem, reassumere iurisdictionem, & ad executionem sententiæ priuilegiatæ procedere.

Quare cum ad hoc necessaria sit contradictio (imò sufficiat) vt non obstante delatione appellationis de iure non deferenda (quoniam si sumus in actibus, in quibus iudex deferre tenetur; nullum cadit dubium, nec nostra difficultas, quia cum ob delationem nullum possit considerari grauamen, data iuris permissione, nulla etiam potest admitti appellatio) iudex qui detulit reassumendo queat, priuilegiatam sententiam exequi, ex hæcenus dictis, multò magis admittetur appellatio ab huiusmodi delatione ex Afflicto, Casare, Contar. vbi supra, & ex decisione aliorūq; cum appellatio species sit contradictionis, imò nulla maior appellatione contradictio, quia grauaminis, & sententiæ, à qua emittitur, directè opponitur, & resistit, ex titulis de appellationibus, in iure ciuili & canonico, optimè post alios plures Roland. à Valle conf. 22. num. 32. volu. 2. quod amplius probatur ex Bartholomæo Socino in regul. 39. fall. 4. qui post Bald. in l. vni. C. ne liceat in vna eademque causa tert. pron. num. 6. & 7. & Ioan. Monach. in c. cupientes, de electione lib. 6. dicit, quòd ab interlocutoria, qua iudex pronuntiat, deferendum esse appellati, potest appellari, intelligendus quando defertur appellati, cui ius nō defert, quia quando ius defert, & permittit appellare, nullum est grauamen, & sic iniusta appellatio à delatione, secundum quæ dicta sunt, & ita etiam omnium intelligēdi sunt Ruginel. tract. de appella. §. 2. c. 3. num. 74. Efficacia de appella. quest. 17. limi. 47. memb. 1. num. 106. & sequenti. Afim. in practi. §. 31. c. 18. limi. 4. dum simpliciter & indistinctè asserunt, quòd quando iudex pronuntiat deferendum esse appellati, posse à tali interlocutoria appellari; procedunt tamen, quando defertur appellati iure reprobata, & minimè deferenda, secus autem è conuerso, vbi appellatio permittitur, cui etiam ipso iudice renuente ius tacitè defert, text. expressus in l. 1. ff. nihil nouari. & latius e præcedenti ante si prout etiam loquuntur Bal. Ioan. Monach. dum dicunt, quòd in hac appellatione à delatione, debet inferi causa grauaminis, vt appellatio admittatur, quia ab huiusmodi interlocutoria non appellatur nisi ratione grauaminis, ac ideo non grauatus à iudice, non appellat, quasi dixerint, quòd iustitia appellationis à delatione, pender à suo primo mobili, scilicet an delatum sit appellati, de iure non deferenda, vel an ei iudex deferre tenebatur, vt in hoc vltimo casu tanquam non grauatus non appellet appellatus.

Et insuper quoniam hoc priuilegium, hæc vtilitas, hic fauor à iure concessus exequendi sententiam, pro me latam non obstante

35 appellatione, imò ea pendente ex aduerso interiecta non expectatis tribus conformibus, vt minimè deferatur, atque eius executio maximi quidem momenti est, & non modicæ, sed summæ utilitatis, & iudicia hanc prærogatiuam habentia, longè vberiora commodioraque, considerantur, aliis illa carentibus, vt firmant Capol. camel. 81. quando quis. Negulant. in tract. de pignorib. p. ult. memb. ult. n. 26. Gomez in §. item Seruiana. num. 36. in titu. de actio. Roland. à Valle conf. 14. num. 2. lib. 1. Meno. de adipiscen. poss. rem. 3. num. 7. Nat. conf. 532. à num. 2. Et supra, diciturque appellatio beneficium iuris, secundum Andr. Gaill. tract. arres. cap. 11. num. 19. fol. mibi 388. & sic hac summa utilitate, hocque beneficio, & priuilegio iure communi inducto, priuando iudex per delationem appellationis, iniustum est grauiamen, iustaque appellatio, quia à priuante beneficio iuris communis legitima iudicatur, l. 1. §. si quis tutor ff. quando appellandum sit, l. excusationes, C. de excus. tutorum. l. si quis prouocatione, C. de appella. diximus supra c. præcedenti. à n. 46. comprobant etiam quæ infra 4. p. c. 7. à num. 10. & sequentibus.

37 Et quia eo ipso iustificata censetur appellatio, quando grauiamen verificatur, constatque per solas allegationes iuris, puta, appellatio à sequestratione fienda, quæ est prohibita, constat siquidem de veritate grauiaminis iuris dispositione, & eius præsumptione, & ideo statim dicitur iustificata appellatio, nisi per aduersarium contrarium probetur, ita Bal. in l. in maioribus. C. de his quibus ut indig. Innocent. in c. 2. in si. de oper. noni nuntia. Immol. in c. interposita colu. 2. de appella. & ibi latè prosequitur hunc articulum Philip. Franc. colu. 3. per totam, & faciunt à contrario sensu omnia, quæ supra c. præcedenti adduximus, vt à reiectione appellationis emissæ in casu à iure prohibito, appellationi, tanquam minus iustæ, minusque legitimæ, deferendum non esset, secus quando reicitur in casu appellabili, & à iure permissio, & sic similiter idem venit dicendum in nostro casu, vt ab admissione, & delatione appellationis interpositæ, à sententia in appellabili sui natura, in qua iure prohibente, appellationi sit tanquam legitimæ deferendum, secus quando deferretur appellationi iure deferendæ, siquidem idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. & in hoc consistit differentia inter hoc caput, & caput superius, quia in illo tantum agitur de appellatione interposita à denegata delatione in casibus vel prohibitis, vel permissis à iure, hinc autem è conuerso, nempe, de appellatione à delatione

in casibus prohibitis, vel permissis, pro quo omnino vide plurimas doctrinas, & auctoritates, quas apposuimus c. præcedenti, quæ quidem mirabiliter conducunt præsentis quæstionis resolutioni.

Vltimò (& quod hunc articulum declarare & comprobare videtur) facit, quoniam et si sententia interlocutoria, per quam finitur iudicis officium, ac iurisdicatio, vt puta, si iudex se incompetentem declarauit, aut non esse procedendum ad vteriora, obstantibus exceptionibus, vel quia absolutum partem ab obseruatione iudicij, vel appellationem esse deferatam: his enim casibus, cum per huiusmodi interlocutoriam desinat esse iudex, & finiatur eius iurisdicatio, nec poterit reassumere, nec amplius poterit sententiam reuocare, text. est elegans in c. significantibus, de off. delegati. Philip. Franc. in d. c. cum cessante. colu. 6. in prin. vers. sed aduerse. Ioan. Baptif. in additio. ad Roma. sing. 129. & hanc opinionem contra Alexandrum (contrarium tenentem) vt communem, & veriorum tenendam esse, affirmat post longam disputationem Rebuf. in repeti. l. quod insit n. 108. de re iudi.

40 Vltimò (& quod hunc articulum declarare & comprobare videtur) facit, quoniam et si sententia interlocutoria, per quam finitur iudicis officium, ac iurisdicatio, vt puta, si iudex se incompetentem declarauit, aut non esse procedendum ad vteriora, obstantibus exceptionibus, vel quia absolutum partem ab obseruatione iudicij, vel appellationem esse deferatam: his enim casibus, cum per huiusmodi interlocutoriam desinat esse iudex, & finiatur eius iurisdicatio, nec poterit reassumere, nec amplius poterit sententiam reuocare, text. est elegans in c. significantibus, de off. delegati. c. iudex eodem tit. lib. 6. l. dicere ff. de arbitris. Petrus de Bellaperti. in repetitione l. 2. circa med. fol. 115. vers. extra hoc quero nunquid iudex. §. si quis in ius vocatus non ierit. B. & cæteri. in l. quod iust. ff. de re iudi. idem in d. l. dicere. Bal. in l. eleganter. §. si quis post. colu. penult. ff. de conditio. indubiti. l. arbitro colu. si. qui satisd. cog. & in l. si vt proponis. 1. Et in l. si præs. C. quomodo & quando iudex. Et in l. penult. ff. de pati. Et in c. nostri colu. 1. de electione reuen. in Alphabeto, in verbo interlocutoria. Angel. in l. 1. C. sententiam rescind. non poss. Immol. in l. quidam consulebam ff. de re iudi. Angel. conf. 220. in ciuitate colu. 2. Corset. in singulari, incipit sententia in 5. Rota decif. 86. si à pronuntiatione. in nouis. Aufre. q. 184. in decif. Tholof. Henri. Bohic in c. in literis colu. 2. de off. delegati. Lanfr. in repeti. c. quoniam contra. in verbo, interlocutiones colu. 10. de probatio. Alexan. conf. 71. videtur colu. penult. in 5. volum. Paul. Castr. conf. 281. in causa ista colu. 2. in 1. volum. Salicet. in l. post sententiam colu. 3. C. de senten. & interloc. Socin. in l. arbitro colu. 1. ff. qui satisd. cog. Domini. in c. iudex colu. 1. de off. deleg. lib. 6. sequitur latè Philip. Fran. in c. cum cessante. colu. 4. in si. cum duabus seqq. vers. secundo limita. de appella.

41 Quod omnino esse intelligendum in iudice delegato, & in arbitro, non autem in ordinario, qui quidem licet pronuntiauerit se iudicem incompetentem, adhuc poterit reuocare, quia ad eum non spectat (solo verbo) radicatum à se abdicare iurisdictionem ordinariam, l. legatus ff. de off. præsidis. B. Paul. & communiter Doctores in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. per text. in d. l. si vt proponis la. 1. Et in l. si præs. C. quomodo & quando iudex. Rot. decif. 363. in si. Bal. in d. l. si præs. vbi declarat, Salicet. Bår. Paul. & lff. in l. quod insit. ff. de re iudi. idem Paul. in l. iudex eodem tit. Roma. conf. 358. in presenti. Felin. in d. c. signi

c. significantibus, de off. delegati Philip. Franc. in d. c. cum cessante. colu. 6. in prin. vers. sed aduerse. Ioan. Baptif. in additio. ad Roma. sing. 129. & hanc opinionem contra Alexandrum (contrarium tenentem) vt communem, & veriorum tenendam esse, affirmat post longam disputationem Rebuf. in repeti. l. quod insit n. 108. de re iudi.

43 Quò pertinet, quòd licet iudex inhibitus possit post inhibitionem facere ea, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, iuxta c. cum tenemur de appella. quod secus est in iudice delegato, quæ appellationi detulisset, quia cum per delationem à se omnem iurisdictionem abdicauit, non poterit ulterius, in negotio se intromittere ante remissionem, Vltr. in praxi Romana. Curia lib. 8. cap. 4. num. 7. Franc. in d. c. cum tenemur colu. 4. vers. secundus intellectus. Lancelo. de attent. 2. p. cap. 20. limi. 4. num. 5.

45 Et isthæc de delegato declaratio est intelligenda in delegato, dato principaliter ad aliquam causam, seu appellationem, secus si accessorie datus fuerit, vt puta exequutor gratiæ, quoniam iste etiam si pronuntiauerit se non exequutorem, non per hoc finietur sua iurisdicatio, imò post interlocutoriam hanc reuocare, iuxta text. in c. dilectus el. 3. de præbend. Domini. in c. si super gratia de off. deleg. lib. 6. gl. in c. si tolli, de concess. præben. quia ex quo principalis durat gratia, per illum accessorium pronuntiationis non potuit auferri ius partis. Felin. in c. qualiter, colu. 6. de accusatio. Salicet. in l. post sententiam. C. de senten. colu. 3. vers. quero de quodam tertio. Alexan. in l. quod insit num. 28. Rebuf. ibi num. 107. vbi ex hoc infert, quòd si incidat in aliqua causa articulus filiationis, in quo causa matrimonij discutienda sit, & laicus iudex ob hoc causam iudici Ecclesiastico remittat, iuxta c. tuam. de ord. iudi. poterit iudex laicus illam interlocutoriam reuocare, cum hæc pronuntiatio sit super incidenti, non super causa principali.

48 Hæc tamen conclusio vt huiusmodi interlocutoria, per quam finitur iurisdicatio iudicis delegati, non possit reuocari, est intelligenda suo motu proprio; at verò quando pars per appellationem ab ea interiectam contradicat, tunc potest reassumendo iurisdictionem, reuocare sententiam. nam cum sententia per appellationem subsequatur suspendatur, l. causa cognita C. de transactio. l. si quis insurandum circa fin. ff. de iur. iur. vel extinguitur, l. 1. §. 1. ff. ad Turpillia. & fingitur de presenti non lata: ideo potestas iudicis remanet integra per euocationem prohibitionis, & impedimenti ad reuocandum eandem, ita tenet Rot. decif. 64. si auditor. Et in

decif. 86. si à pronuntiatione. Roman. sing. 129. si iudex. per text. in c. dilectus 3. de præbend. Aufre. in decif. Capella Tholof. q. 185. Panormi. in c. peruenit. el. 2. de appella. facit c. super eo. in princ. de appella. Præpos. & Peruf. in d. c. cum cessant. Corset. in singul. incipit sententia in 5. Rebuff. in d. l. quod insit, num. 106. Deci. in d. cap. cum cessante colu. 3. vbi Panormita. colu. 3. Imol. colu. 4. Philip. Franc. colu. 5. in prin. vers. sed aduerse 1. qui dicit ad propositum, vnicum & singularem in iure text. in d. c. dilectus. Felin. & cæteri in d. c. significantibus.

50 Cui conuenit, quòd si iudex, qui inhibuit, inhibitionem reuocauerit, si ab huiusmodi reuocationis sententia fuerit appellatio interposita, poterit suam reuocationem inhibitionis iterum reuocare, tenet Philip. Franc. in d. c. cum tenemur. num. 24. de appella. Lancelo. de attent. 2. p. c. 10. limi. 2. num. 18. Federic. de Senis conf. 93. per totum. cuius doctrinæ reddunt omnes elegans videntum exemplum.

51 Et nota, quòd delegatus per huiusmodi appellationis delationem non amittit radicatus iurisdictionem, nec penitus expirat, sed dumtaxat eius actus, & exercitium; habitum tamen, & potentiam retinet, quod probatur, nam si iudex superior reperit iniustam, aut friuolam appellationem, ad eundem iterum remittit, iuxta c. cum appella. friuol. de appella. lib. 6. quòd remissionem facere non potuisset iudici à quo, si non haberet habitu iurisdictionem, nisi de nouo aliam illi concederet, quod est falsum, quia alia non conceditur, vt dicit notabiliter, & plenè Socin. consil. 20. abundè in 4. volum. Roman. conf. 50. vt declarationem. Rebuff. in l. quod insit. num. 83. ad fin. latè optimèque post plures alios ab eo citatos, prosequitur Philip. Fran. in c. cum cessante colu. 6. vers. secundo aduerse, vsque ad finem. Et in c. cum appella. friuolis, de appella. lib. 6.

53 Ex quibus, & illa elici potest in hoc articulo conclusio, vt iudex qui detulit appellationi à iure prohibita, minus licitæ, aut aliter non deferendæ, cum à se omnem quoad exercitium datæ abdicauit iurisdictionem: non poterit motu seu facto proprio delationem reuocare, & reassumendo iurisdictionem, ad executionem, & vteriora procedere, sed dumtaxat mediante contradictione, & appellatione partis appellatæ, cui interest non deferri, cui vt iustæ, & legitimæ ab huiusmodi iniusta delatione interiectæ si non detulerit iudex, vim facere declarabitur, vel proprie tertium genus dandum, nempe, que reassumendo la iurisdictionem, y repomiedo lo becho no hace fuerza, y no lo hauendo la hace, &c.

54 Secunda deducitur insuper ex supradictis

dis conclusio, vt cum deficiente contraditione, & appellatione partis appellatae, per delationem etiam iniustam appellationis, omnem à se iudex abdicauerit iurisdictionem, non potest reuocando delationem, ad executionem ulterius procedere, nec iterum reassumere iurisdictionem, poterit pars, cuius appellationi est delatum, iterum appellare ab huiusmodi delationis reuocatione, scilicet, & reassumptione iurisdictionis, eiusque processu (nempe deficiente contraditione partis appellatae à delatione, vt dictum est) quia cum hoc casu careat penitus iurisdictione iudex, omnia ab eo gesta sunt nulla ipso iure, innouata, & attentata, ex Afflict. Contar. Rotæ decif. & ceteris superius citatis, ac per consequens non sunt executioni mandanda, nec permittenda, & appellatio iusta & valida, & vt tali deferendum ex iis, quæ nos latè supra hac 3. p. c. 9. & l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. quia tunc ratio appellandi in promptu esse censetur.

56 Quibus sic suppositis facilis patet exitus ad ea, quæ fursum in cōtrarium adduximus, & non primum, cui respondetur, verum esse omnino motu & facto proprio iudicem, qui detulit etiam iniuste, non posse delationem reuocare, nec reassumere iurisdictionem, nec ad vteriora procedere, cum sibi obstat penitus iurisdictionis defectus, secus autem data contraditione, & appellatione partis appellatae, in cuius præiudicium appellationi detulerit, ex Afflict. Cas. Contar. & ex d. Rot. decif. & aliis doctrinis lucisque relatis, quas non repeto. Alterum autem quod ibi diximus, ad finem, vt etiam de consensu partium non possit facere hanc reuocationem, scias, quod ad aliud tendit, scilicet, quia disputant Doctores, an iudex, qui detulit appellationi ab aliqua interlocutoria, poterit illam reuocare re integra, etiam de cōsensu partium, in quo hinc inde multa variè deducuntur. Sed veritas est, hoc casu, vt de partium cōsensu rectè possit tam ordinarius, quàm delegatus reuocare grauamen, & interlocutoriam, vt exactè disputas resoluit post alios Rebuff. in l. quod iussit num. 81. usque ad num. 84. vel etiam de permissu ac

57 licet, quia disputant Doctores, an iudex, qui detulit appellationi ab aliqua interlocutoria, poterit illam reuocare re integra, etiam de cōsensu partium, in quo hinc inde multa variè deducuntur. Sed veritas est, hoc casu, vt de partium cōsensu rectè possit tam ordinarius, quàm delegatus reuocare grauamen, & interlocutoriam, vt exactè disputas resoluit post alios Rebuff. in l. quod iussit num. 81. usque ad num. 84. vel etiam de permissu ac

58 consensu partis, qui à grauamine appellauit, latè Philip. Franc. in d. c. cum cessante, colu. 6. in prim. vers. secundo aduerte. & idem in c. cum appellationibus §. si verò, à num. 5. cum seqq. de appell. lib. 6.

Nec obstat alterum fundamentum contrarium, quo dicebatur, vt quando iudex appellationi minùs iustæ, minùs legitimæ, & iure prohibita detulit, poterit nihilominus ad executionem deuenire ex Doctoribus ibi citatis, quibus quidem potest pariter

59 responderi, vt procedant; quando pars, cuius interest, appellauit à delatione hac iniusta ex iam dictis. Secus autem, si non appellauit, cum careat omnino iurisdictione, nec poterit actum iurisdictionalem exercere, & vt sigillatim respondeamus, dico; quod Bossio rectè responderit Prosper. Fari. in pract. cri. quest. 101. num. 107. som. 3. quem refert Baiar. ad Garum quest. 94. n. 4. dicens, quod Bossio loquitur contra communem Doctorum (de qua nos in prin. huius cap.) affirmantem oppositum, imò iudicem postquam detulerit appellationi non defendendæ; non posse suam sententiam exequi, à qua non esse recedendum.

Minùs obstat Menoch. d. num. 868. quia nihil in comprobationem adducit, nec firmat in ea doctrina pedes suos, dum dicit, opinor, ex sola delatione nihil effici poterit: quia si expressim executionem iudex iste, qui legis minister, non autem supra legem est, impedire non potest, minùs tacitè deferendo appellationi, erit tamen (inquit ille) cogitandum, si nouam nimirum opinionem adferre videar, & c. & quando resolutiùe dixisset, obstar ei communis Doctorum resolutio, de qua in prin. huius cap.

Et minùs obstat dicta Rotæ decifio 58. alia 412. si appellatur, in nouis. ibi adducta, quia ei eleganter, & ad propositum responderit Lancelot. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 6. num. 41. vt procedat, quando cum admissione iudicis de facto concurrat etiam tacitus consensus, & non contraditio ipsius appellati, quæ contraditio non erat in d. decif. à qua iterum Rota Moderna recedit, vt patet ex recollectis Acoramb. decif. 53. incipit licet Rot. vt notat ibi Lancelot. à num. 18. quibus remanet satisfacta contraria.

Pro huius articuli perfectione illud est notandum, quod si vicarius Episcopi de causa cognoscetis detulit appellationi, non potest per Episcopum reuocare delationem, quoniam cum ex supradictis ipsemet iudex non possit, etiam re integra delationem à se factam reuocare, ergo nec poterit Episcopus, cum sit idem tribunal, & idem confistorium cum Vicario, c. Roman. in prin. de appella. lib. 6. optimè probat Philip. Franc. in d. c. cum appellatio. §. si verò sub num. 6. eodem tit. Bertachi. in reperio. in verb. Episcopus, circa medium vers. 94. ad quem locum se refert etiam in verbo, appellatio admittitur, vers. duodecimo.

Quid autem sit dicendum, quando appellatur à sententia lata à duobus iudicibus, quorum vnus detulit appellationi, alter non. dic quod si iste anteaquam alius iudex deferat, voluerit suam delationem reuocare, poterit,

poterit, & non obstante ab illo facta delatione, reuocationis actus valer, & tenet, vt est dictum notabile Angeli & Bal. in l. si cum doctem §. eo tempor. ff. solut. matr. quos ibi refert & sequitur Alex. n. 3. alios allegans, vbi etiam Roman. Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 1. num. 88.

63 Quid autem sit dicendum in duobus iudicibus delegatis, quorum alter defert, alter non, quod possit deferens penitere, nemo dubitat. sed manente in sua voluntate, an alter possit procedere ad vteriora, & an cum deferens deferendo impediatur, plures casus distinguit, & optimè post plures alios quos citat Philip. Franc. in d. c. cum appella. d. §. si verò num. 5. vers. quid autem si sunt plures iudices, & num. 6. per totum, vbi quid quando vnus sine altero iuxta clausulam rescripti procedere possit, vel quando alter, vel nolit, vel non possit, vel quando simul procedere debent, de quibus post Franch. ibi videtur etiam Lapum in eodem tit. adducens notata in c. cum super. de off. delega. lib. 6. nota. in clem. 1. de appella. vbi per Immol. & Flori. & per Bal. in auth. hodie, circa fi. C. de appell. & Angel. in d. l. si cum doctem. §. eo autem tempore,

64 omnes tamen conueniunt, vt non censeatur delatum, cum delatio non sit legitima, non abdicat iurisdictionem ab ipso deferente, nec transfert in superiorem eandem, imò quicumque potest penitere ante delationem alterius, & simul dare apostolos refutatorios.

65 Difficultas autem, an alter, qui non detulit, possit solus procedere, quam vt dissoluas, consule supradictos Doctores. quid autem quando sunt iudices ordinarij pares, vel etiam dispares numero, Cardi. in clem. 1. q. 2. §. 26. & 27. de dolo & contuma. Butriga. & Immol. in c. quoad consultationem, de re iudi. Bertachi. verb. appellatio admittitur vers. 18. demptis additionibus.

66 Ad quem iudicem spectet cognitio, an appellationi sit deferendum, vel non, latissimè multa elegantia congescit Escacia de appella. quest. 1. art. 1. per totum fol. 116. Cognitio autem an appellatio sit admittenda, vel an fuerit appellatum intra terminum, vel an appellatio sit legitima, an sit nulla, an deferta, & similia, ad quem spectet cognitio, an ad iudicem à quo, an potius ad iudicem ad quem, multa scitu dignissima, post alios congescit Escacia videndum vbi proximè, & quest. 11. art. 2. per totum fol. 118. quibus locis multa alia videre poteris, quæ materiam delationis attingunt, ad quem te libenter remitto scriptis contentus.

67 Circa inspectionem autem illius, quod vltimo loco nostri capituli apposimus, an

à sententia lata pro desertione appellationis appellationi interiecta non deferens iudex Ecclesiasticus vim faciat, & priùs vt de sententia tractemus, quis eam sit laturus, cognoscamus, an scilicet iudex à quo, an iudex ad quem, in qua solent à Doctoribus duo casus constitui, an appellans nunquam adiuuit iudicem ad quem, & sic quando desertio causata est ex non eius prosecutione, siquidem nunquam aditus est iudex ad quem, nec vnus est actus coram eo factus, cum quidem ad id teneatur intra terminum à iure, vel iudice sibi ad prosecutionem præstitum, de quo fide dignas, solemnesque literas, iussus à iudice, à quo appellans tenetur exhibere, quemadmodum superiorem adierit, aut de legitimo impedimento docere, quod si non fecerit, tunc iudex à quo pronuntiat appellationem esse desertam.

Aut verò constitit, & docuit appellans adiuisse superiorem, & sic quando iudex ad quem fuit aditus, cum appellatio fuit coram eo introducta, tunc ipse, non iudex à quo, super desertione pronuntiabit, ita notabiliter distinguit Philipp. Franc. in c. ex ratione num. 19. vers. circa septimum de appellat. Felin. in c. ex parte el. 2. colu. penult. de rescript. Ill. in l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pact. num. 11. Marant. in specul. 6. p. tit. de appella. num. 189. Didac. Perez in l. 2. tit. 16. lib. 3. ordina. glo. verbo, sin que firme. Azeued. in l. 111. tit. 18. lib. 4. recopil. & idem Azeued. in l. 16. tit. 17. num. 4. ad fi. eodem lib. 4. Paz in prax. 6. p. cap. 1. n. 7. optimè Parlado. lib. 2. rerum quousi. c. fin. 1. p. §. 1. n. 11. sequitur Amad. Rodrig. in tractatu de executio. c. 1. n. 10. Et hinc est, quod licet appellans transferat acta ad superiorem iudicem, & nisi intra legitima tempora à iure præstituta, citari fecerit aduersarium, non excusetur à desertione, vt per Bald. in l. fin. §. illud num. 11. C. de tempor. appella. Felin. in c. illud, de prescript. num. 10. Parlado. notat vbi proximè num. 8. tamen bene sufficit ad hoc, vt de tali desertione superius cognoscat, cum iam sit aditus ex supradictis, quod sequitur post alios nouissimè Escacia vbi proximè d. art. 2. per totum. & latius q. 11. art. 5. à num. 151. cum seqq. & supra à principio.

Et ad huiusmodi pronunciationem, & 73 declarationem fiendam, appellationem desertam esse, debet quilibet iudex causæ cognitionem saltim summarissimam adhibere, & per consequens præcedente partis appellantis citatione. nam postquæ pars appellata comparuerit coram iudice, petendo sententiæ executionem, cum per desertionem sit translata in rem iudicatam, l. quoniam nonnulli, l. si contra. C. de appella. clem. sicut. de appella. iudex anteaquam exequatur, debet

bet citare partem ad dicendum, quare executioni sententia mandanda non sit, quæ  
 75 causæ cognitio & citatio necessario requiritur, cum posset pars, de legitimo impedimento docere, ut sibi secundus annus concedatur, & impediat executioni, iuxta d. clem. sicut. & iura vulgaria huius doctrinæ & opinionis sunt Auctores, Marant. de ord. iud. 6. p. tit. de appella. à num. 2. & supra, qui profice allegat B. in l. i. in fi. ff. nihil noua. appella. penden. Alexan. in l. preses colu. fi. ff. de re iudi. Ab. in c. ex ratione colu. fi. de appellati. quos ita tenere affirmat, & quod debeat pars citari, idem tenuisse (testatur) Bal. in d. l. si contra. idem Bal. in l. 2. in fi. C. de tempor. appella. vbi dicit, esse ibi text. ad hoc meliorem de iure, Philip. Franc. in c. ex ratione colu. 14. vers. quarto queritur, quos omnes ad hoc ipse Marant. citat, idem etiam tenet latè probans eleganter Didac. Perez. in l. 3. tit. 16. lib. 3. ordina. verb. facta. Feli. in c. ex ratione num. 9. Lanfranc. decis. 465. incipit index. Paz in prax. 6. p. 1. tom. c. 1. num. 7. & hanc opinionem communem esse, testatur D. Padill. in l. i. C. de iuris & facti ignoran. num. 16. quem sequitur, & de recepta praxi affirmat Parlad. lib. 2. rerum quoti. c. si. 1. p. §. 1. sub num. 8. & num. 9. veriore & receptiore dicit Arnad. Rodri. de execu. c. 1. nu. 7. ut scilicet, aliter quàm parte citata, & causa cognita facta super defertione appellationis à iudice declaratione, non sit sententia exequenda, licet plurimos contrariam opinionem tenentes refert, & sequitur Lancel. de attent. 2. p. cap. 12. amplia. 1. num. 3. 4. licet aliqui ibi per eum citati nostram probant sententiam.  
 77 Et hanc praxim probant Gondizalu. de Paz in prax. 1. p. 10. tempore num. 2. & 3. Didacus Perez in d. l. 2. tit. 16. in glo. verb. sin que firme el juicio. lib. 3. ordina. Amad. Rodrig. vbi proxime num. 9. quod postquam appellatio ex causis à iure inductis efficitur deserta, pars appellata compareat coram iudice, cui executionem sententiæ petat, quam petitionem parti intimandam aduersæ, mandabit iudex, & quod intra aliquem breuem (scilicet trium dierum) terminum diligentias, à se factas ostendat, quo transacto incussatur ei  
 78 contumacia, dato alio, & secundo, & iterum contumacia incussatur, & deniq; dato tertio termino, quo si nõ docuerit de diligentis factis in prosecutione appellationis sue (quas diligentias congregat Didacus Perez vbi proxime, d. verb. sin que firme. vers. dubitatur preterea, & Auend. lib. 1. respons. 1. & Paz d. 1. tom. 6. p. c. 1. num. 1. cum seqq.) expediuntur executionales secundum formam traditam à Moteroso, in sua prax. 3. tract. de mod. proced. in via executi. fol. 35. Paz vbi supra 4. p. cap. 1. num. 9.

Villadieg. in politi. & practi. iudi. cap. 4. num. 4. Amad. Rodrig. vbi proxime num. 9.  
 Post huiusmodi autem causæ cognitio-  
 nem sententia interlocutoria, quo declaratur desertio, necessaria non est. Sed poterit iudex executionales expedire, & concedere sue sententiæ executioni mandanda, ista est decis. Guid. Pap. 2. 13. statut. n. 1. & decis. 436. à num. 23. & in tract. de appella. quest. 18. Boër. decis. 206. num. 11. Ludoui. Gozadi. conf. 85. videtur. num. 26. Marant. in specul. 6. p. tit. de appella. num. 188. & quod iudex à quo possit suam sententiam exequi, absque eo, quod super defertione sit pronuntiatum, tenet Rot. apud Moheda. decis. 36. auditor Rot. sub rub. de re iudi. communem dicit Card. Alex. in c. ex ratione 8. sub num. 44. vers. in contrarium. de appella. Sequitur post hæc Escaci. de appella. quest. 1. art. 5. num. 149. vbi idem affirmat post alios, quando desertio causata fuit, quia nulla fuit appellatio interposita, idem repetit in aliis pluribus casibus, quos illatiuè refert ibi à num. 148. cum pluribus seqq. Eam tenent opinionem Cotra in memoria. in verbo, appellatio deserta, latè Petr. Surd. conf. 139. num. 14. lib. 1. quod procedit in iudice ordinario, non autem in delegato, qui tenetur pronuntiare ante executionem sententiæ, secundum eadem decisionem Rotæ & Lancelo. de attent. 2. p. c. 12. ampliatio. 1. à num. 35. & 36. Poterit etiam iudex declarando per interlocutoriam dandos executionales, cau-  
 82 fatiue declarare etiam super defertione, vt notant secundum stylum Didac. Perez, Parlad. & Amador. & Marant. & alij statim citandi.  
 Hinc corripendus est Aloys. Ricci. qui  
 83 cum Angelo, Franc. & Bald. contrarium sequutus fuit, declarationem nempe desertionis esse necessariam, ex quibusdam rationibus motus, quibus omnibus satisficit, quod cum pronuntiationem, siue tacitam per expeditionem executionalium, siue expressam, debeat precedere partis citatio, & eius exceptionum examinatio (vt supra diximus) omnia per eundem Riccium considerata euacuantur. Riccius suam igitur tenuit opinionem in practi. decis. 2. p. decis. 56. sub tit. de appella. fol. 37.  
 Igitur à sententia interlocutoria, qua de  
 85 per se & dumtaxat declaratur iudex, desertam appellationem, vel in ea simul executionales victori dari, decernit, an nisi appellationi interpositæ deserat iudex, violentiam facere dicatur, restat videre. In quo articulo reperio Philipp. Franc. in c. ex ratione de appella. Marant. in specul. tit. de appellatio. n. 190. Lanfr. in c. quoniam contra num. 114. de probatio. dicentes à sententia interlocutoria, qua pronuntiat

pronuntiat appellationem à diffinitiuam, seu interlocutoriam, esse desertam, appellationi interiectæ esse, vt licet, deseredum, quorum potissima est ratio, vt quamuis sit interlocutoria, tamen habet vim diffinitiuam.  
 86 Sed contrariam sententiam, imò ab hac pronuntiatione appellationi deferendum non esse, longè veriore probauit contra eos Parlado. lib. 2. rerum quoti. c. si. 1. p. §. 1. num. 11. & ante eum Didac. Perez in l. 3. tit. 16. lib. 3. ordinament. glo. verbo facta à num. ... vers. alij tamen. sequitur Amad. Rodrig. vbi supra d. c. 1. num. 12.  
 87 Pro quibus faciunt plura iura. Primò text. in l. quoniam nonnulli, ibi, placuit, vt si intra dies solemnitatibus præstitutos ad faciendam hæc appellatoris cura defuerit, deserta ab eo prouocatio existimetur, moxque debitum exigatur, &c. C. de appellatio. ex cuius text. verbis ibi, mox debitum exigatur, &c.  
 88 clarè apparet sublatam esse, & exclusam appellationem. Istæ namque dictiones (mox, statim, protinus, incontinenti, illico, confestim) sine illa iudificatione, & sine vlla procrastinatione, & quælibet harum excludit appellationem, quia sunt verba, quæ desiderant celeritatem, Ruginel. in tractatu de appella. §. 9. glo. 2. quest. 18. num. 49. per totum. quem sequitur Sigismund. Escacia de appella. quest. 16. limi. 1. num. 59. de quo dixi latè 2. p. c. 8. à num. 124. cum seqq. l. si contra, eodem  
 89 tit. ibi, rector prouincie animaduertit, res iudicatas exequi curabit. & l. fin. §. illud. ibi, & sententiam contra eum latam in suo robore durare, & ad effectum perducere, tanquam si ab initio minime fuerit prouocatum, &c. C. de tempor. appella.  
 90 Quæ quidem verba pariter appellationem excludunt si credimus Ruginello in tractatu de appella. §. 2. glo. 2. num. 2. vers. 1. igitur. Sigism. Escacia in eodem tractatu de appella. quest. 16. limi. 1. sub num. 28. & 29. & idem Ruginel. §. 9. glo. 2. num. 4. Contr. in l. vnica, in notab. ... num. 18. cum seqq. vsque ad num. 25. C. si de momen. Aguis. conf. 76. de tribus num. 7. lib. 1. ff. in consil. 187. circa primum num. 23. lib. 2. dum affirmant, quod per hæc verba in dispositione prolata (sententia firma maneat, & executioni innitatur) vel etiam per  
 91 hæc altera (sententia fortiaur effectum suum) censi, appellationem sublatam, quoad suspensiuum, videndus etiam Ioseph. Ludoui. decis. Perus. 20. num. 18. & num. 20. & est text. in l. vnica C. si de momen. post de quibus nos latius diximus supra 2. p. cap. 8. à num. 104. cum multis seqq.  
 92 Maximèque ex dictis videtur sublata appellatio, cum per defertionem sententia transit in rem iudicatam, quæ executionem

dumtaxat expectat, l. post rem iudica. ff. de re iudi. à qua non appellari, iura clamant, l. ab 93 executi. C. quorum appell. non recipi. l. ab executore ff. de appella. diximus infra latè 4. p. maxime cum fingat lex ab initio non fuisse appellatum, text. in c. dilectus in fin. ibi, cuius sententia transit in rem iudicatam, cum intra decem dies non fuerit legitima prouocatio suspensa. de electione, text. in c. quoad consultationem, de semen. & de re iudi. ibi, quod cum post decem dierum spatium in autoritate rei transferat indicatæ, &c. facit etiam text. in d. clem. sicut. de appella. probatur etiam in text. eleganti in c. personas, 4. in ordi. de appella. ibi, ex tunc iudicio suo super iis, quæ in questione vertuntur, sine contraditione  
 95 ne aliqua stare, compellas, &c. & quando in aliquo casu à iure remouetur contraditio, appellatio etiam remota censetur, Gonzal. de alternat. glo. 9. in annota. sub num. 218. Decius in d. c. personas, in 4. notab. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. limi. §. m. 4. & nos supra hac 3. p. c. 11. n. 39. & 2. p. c. 8. à n. 107.  
 Quod probant Doctores, & ego ex hoc text. qui ponit duos casus diuersos. Primo casu dicit: sine contraditione aliqua stare compellas, &c. & in secundo autem dicit: ex tunc sententiæ suæ (sicut de alio casu diximus) appellatione remota parere constringas, &c. cum nihil in alio casu de appellationis remotione dixerit, sed de contraditione dumtaxat, & tamen se ipsum Pontifex declarat, vt illa verba contraditione remota, intelligantur, idemque operentur, quod & appellatione remota, cum nulla sit maior contraditio quàm appellatio, supra dixi num. 33.  
 Denique probatur hæc pars ex text. in c. 96 cum sit Romana 5. de appella. ibi, intra quod si is, qui appellauerit, causam appellationis non fuerit prosecutus, tenebit sententia, si post sententiam appellauerit, & causa sua cecidisse videtur, nec amplius super eodem negotio audietur appellans, &c. nam regulariter verum est, vt qui terminum sibi ad  
 97 aliquid faciendum præfixum, labi permittit, censetur renuntiare, & nõ potest, nec agendo, nec excipiendo audiri, tradit Ioan. Cephal. consil. 201. num. 4. lib. 2. & cons. 202. num. 18. eod. lib. 2. Castiador. decis. 4. in attent. num. 3. de dilatio. Vestr. in prax. Romana Curia lib. 8. cap. 4. num. 21. Annotat. ad Aeguid. num. 108. sed vbi à iure super aliqua causa denegatur audientia, appellatio etiam denegata censetur, latissimè diximus & post plurimos probauimus supra 2. p. c. 8. à princ. vsque ad fin. ergo euidenter sequitur in nostro casu, cum super defertione, & causa princ. denegetur audientia, appellatio remota intelligatur.  
 x Vno

- 99 Vno fundamento voluit, hanc nostram opinionem comprobare Amad. Rodrig. in d. c. 1. nempe, quod cum hodie ex Concilio Trident. sess. 24. de reform. c. 20. & concl. 13. c. 1. sit prohibita appellatio ab interlocutoria sententia, nisi ab ea, quæ contineat damnum irreparabile, & sic arguit ille, cum sententia super desertione sit interlocutoria, ergo non potest appellari. Sed miror tanti viri non attendens, quod Trid. in d. locis permiserit  
100 appellationem ab interlocutoria, vim diffinitivæ habente, prout ista lata super desertione, est, ut probant Philip. Franc. in c. ex ratione, de appella. Lanfran. in c. quoniam contra num. 114. de probatio. & plurimos citavimus suo loco. & quod habeat etiam damnum irreparabile, dubitavit nemo, sicuti aliam sententiam diffinitivam post se non expectet, per cuius appellationem possit reparari. & ita defende hanc opinionem nostram ex supradictis fundamentis, à nobis consideratis, quibus speciales rationes excludendæ appellationis hoc consideravimus casu.  
103 Circa materiam autem desertionis, quemadmodum sententia, cuius sit appellatio deserta, executioni sit mandanda. quid ab in-

terlocutoria. & quid à diffinitiva. quid in iudice delegato. quid in ordinario. quid ubi adest impedimentum, & quemadmodum id constare debeat. & quemadmodum desertio debeat apparere. & quid quando est lapsus terminus iuris, siue iudicis. & quid si commissio fuit expedita, licet non præsentata. & de pluribus difficultatibus materiam desertionis spectantibus (quas nos omittimus, quia non pertinet) vide latè, & affatim per Lancelot. Rober. de attent. 2. p. cap. 12. ampliati. 1. per totam. & quis iudicum, an superior, an inferior teneatur super desertione cognoscere, & de ea, siue tacite, siue expressè pronunciare, distinet, & sigillatim, illatiuè varios casus congestit post Lancelo. & alios, Escacia de appella. quest. 111. art. 5. per totum à num. 148. cum pluribus seqq. fol. 141. & an iudici à quo, an iudici ad quem pertineat, rem iudicatam, exequi, & executoriales expedire, vide eundem post alios plures casus distinguentem, in eadem q. 111. art. 7. per totum à num. 162. vsque ad num. 183.

## TRACTA



TRACTATUS  
DE REGIA PROTECTIONE  
vi oppressorum appellantium.

## PARS QUARTA:

Qua continentur capita circa violentias attingentes executoriales, executores, & eorum excessus.

## CAPVT I.

A præcepto, & expeditione executorialium; quidve in ea potissimum sit seruandum. seu etiam ab earum commissione facta executori; an, & quando non deferens appellationi emissa vim commississe dicitur.

## SUMMARIUM.

Autor nō tractat materiam executionis, sed dumtaxat appellationis ab ea, nempe quando adest excessus. n. 1.  
Excessus executionis materia subtilis, difficilissima, & indigesta est, & utriusque fori tribunalibus frequens. n. 2.  
Executionis tractatus qui edidit. n. 3.  
Deus optimus maximus contra Adam statim executoriam sententiam misit. n. 4.  
Sententia translata in rem iudicatam, vel alijs duobus conformibus mittitur executioni. n. 5.  
Sententia in rem iudicatam transit ob non emissam appellationem intra terminum, vel ob eam desertam. n. 6.  
In executione eius sententia privilegiata, cuius appellatio caret suspensiuo effectu, cadere solet excessus, & per consequens appellatio. n. 7.  
Nihil prodesse sententia & iudicia, si non esset qui ea executioni mandet. num. 8.  
Appellationi ab expeditione executorialium virtute rei iudicata an sit deferendum. n. 9.  
Opinionem affirmatiuam scilicet, esse deferendum, qui tenuerint. ibidem.  
A præcepto de exequendo tam sententiam quam instrumenta garantigata, esse licitam appellationem, qui affirmant. n. 10.  
Ab expeditione executorialium & præcepto de exequendo tam rem iudicatam, quam instrumenta, &c. non esse licitam appellationem, ut verior opinio resoluitur. n. 11.  
Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Executio rei iudicata & instrumenti garantigati æquiparantur à iure. n. 12.

De executione sententia, ad executionem instrumenti garantigati, licitum est arguere. n. 13.

Ab executorialium expeditione, & præcepto de exequendo vigore rei iudicata appellationi non esse deferendum, omnium fere concurs est sententia. n. 14.

Ab expeditione executorialium vigore trium conformium non esse licitam appellationem, citra dubium est. n. 15.

Ab executione appellationi emissa index non deferens, vim non faciet. n. 16.

Executorialium expeditio plus non grauat, & ideo non appellatur. n. 17.

Executio dicitur de appendicibus. n. 18.

Executorialium expeditio est pars executionis, & ipsius atque sententia declaratio. n. 19.

Pronuntiatio de exequendo dicitur executio, licet non mera. n. 20.

Executiua si sit una sententia alterius, si non potest appellari à prima, pariter nec à secunda illius executiua. n. 21.

Executorialium expeditio, & decretum de exequendo sit in executione rei iudicate. n. 22.

Ab executione non appellatur, quia plus quam sententia non grauat, ita nec ab expeditione executorialium, quia plus quam ipsa executio non grauat. n. 23.

Ab interlocutoria de admittendis articulis si non est appellatum, nec poterit postea appellari ab ipsa actuali admissione. & de ratione. n. 24.

Executor mandatum implens non est qui grauat, sed mandans. n. 25.

A sententia, qua quis non grauatur, non appellatur. num. 26.

Appellans ab executione rei iudicata presuppōnit antecedens validum, & negat consequens, scilicet, executionem, & ideo nihil agit. numero 27.

Executio inducta est, ut lites consequantur finem, nec immortales reddantur. n. 28.